Anhang

I (4, fol. 39[v])

Die Söhne des Landgrafen Albrecht von Thüringen protestieren unter Berufung auf ihr Erbrecht bei Adolf von Nassau gegen dessen Absichten auf Thüringen.

1294, April/August.

V Imperiali et regali expedit magestati in omni terra iudicium et iusticiam ordinare et omnibus iniuriam pacientibus debite iudicare. Hinc est, quod mirari non sufficimus, utrum vestra [a]) reverencia proprio arbitrio
II, VI an subiestione [1]) maligni consilii sit inducta contra statuta legalia tam enormiter deviare in eo, quod terram [b]) Thuringie, que post obitum
II patris sorte hereditaria [c]) nos [d]) contingit [e]), vobis [f]) ac imperio [g]) intenditis [h]) usurpare, cum tantum ullis nostris excessibus meruimus possessione [i]) hereditaria [k]) spoliari et miserabiliter ex ea relegari. Quapropter imperialem reverenciam diligentissime exoramus, quatenus divini amoris intuitu ac ratione iusticie nostrorumque obsequiorum respectu [l]) nos [in] hereditate [m]) paterna paciamini comanere. Propterea, si indignacionem
II, XI, XIV vestram vel imperii aliquibus meritis incurrimus, quod nescimus, nos in proxima curia regali, quam celebrabitis, in vestra presencia comparebimus ibique, si [n]) alii principes nos iusserint nobisque consuluerint [o]), vobis ac imperio secundum vestrum [p]) placitum tamquam obedientes filii
VIII, XV, XIX, XXIII graciose volumus reformari.

II (5, fol. 39[v])

König Adolf antwortet den Söhnen des Landgrafen: nach den geltenden Gesetzen könnten sie, da Thüringen und Meißen Reichslehen seien, auf diese Gebiete keinen Erbanspruch erheben; außerdem habe der Landgraf ihm beide Länder aufgelassen.

1294, April/August.

I, XI, XIV Qui maiestatem regalem offenderit, indignacionem regis senciat incurrisse. Hinc est, quod recitatis vestris litteris coram nobis maiestas

---

I. [a]) una [b]) terra [c]) hereditarie [d]) non [e]) contigerit [f]) nobis [g]) inperio [h]) intendimus [i]) possessionem [k]) heritaria [l]) respectum [m]) hereditare [n]) sed [o]) consolaverint [p]) nostrum

[1]) *Anstatt* suggestione.